Abſtineant peccare mali. conceſſa relapſis
Tollitur. at firmis gratia firma manet.

KArolus Dux Sabaudie &c. Dilectis conſiliis nobiſcum: &
Thaurini ordinarie reſidētib⁹ gubernatorib⁹ Vicariis poteſta/
tib⁹ Bayliuiis iudicib⁹ caſtellanis: ac ceteris uniuerſis: & ſingu
lis officiariis nr̄is mediatis: & immediatis ad quos preſentes
peruenerint ſeu ipſoꝝ locatenentibus ſeruiētibuſq; generalib⁹
ſalutem: Cum principis ſit erga ſubditos clementia ac bonita
te uti potiuſquā Iuris rigore nimio eoſdem cohercere. Nos
hec propenſe conſiderantes ad uarias gratiarum conceſſiones proceſſimus: ut eas
obtinentes manſuetudinis: & clementie noſtre refecti ubertate corruſcantiſq; gla
dii Iuſticie ſceueritatem perhorreſcentes: a ſolitis criminibus dampnataq; uita ſua
omnino abſtinerent. Et ad bene quieteq; uiuendum promptius allicerentur. Nūc
tamen audientes plures ex eis tanti muneris indignos gratiis: & indulgentiis no/
ſtris huiuſmodi ī dies abuti: & nedum ad priſtina redire ſed ad alia quoq; grauio/
ra prorumpere delicta non uereri In iuſticie: & auctoritatis noſtre contemptum:
ac totius reipublice perturbationem. Que nobis ſiquidē exoſa nullimode pati uo/
lentes cum priuilegii ſit quiſq;: & immunitatis fruitione merito indign⁹ cuius cō/
ceſſa ſibi facultate abutitur: Quieti hoc Ideo: & trāquillitati patrie & ſubditorum
noſtroꝝ reſpiciētes Ex nr̄a certa ſcientia motu proprio: & poteſtatis plenitudine:
ac conſilii noſtri matura ſuper hiis deliberatione prehabita. Hoc perpetuo: & irre/
fragabili edicto ſancimus & ſtatuimus Quodquicunq; qui gratias a nobis hacte/
nus obtinuerint: & deinceps ſuper aliqbus homicidiis ſeditionibus: & conſpiratio
nibus: aut aliquo eorūdem obtinebunt ſub quacunq; uerborū forma: & poſt ipſas
gratias ad aliquod horum rellabentur Statim eo ipſo ſint: & cenſeantur cōmodo
dictarum gratiarum omnino priuati: Meritiſq; penis animaduerſionibus & ſup/
pliciis eo caſu afficiantur: afficiq; debeant perinde: ac ſi gratias ipſas a nobis nunq̄
obtinuiſſent. Vobis hoc ideo & ueſtrum cuilibet in ſolidum quātum unicuiq; ſpe
ctabit: & ueſtro ſuberit officio precipimus: & iniungimus ſub pena nr̄e indigna/
tionis: & priuationis officiorum ueſtrorum pro quolibet uobis conſiliis inferiore:
quatenus huiuſmodi noſtras litteras obſeruetis obſeruariq; faciatis illeſas: Ac in
plateis: & locis publicis officiorum ueſtrorum talia fieri ſolitis uoce preconia alta:
& intelligibili proclamari notificari nunciariq; faciatis: Nequis earum ignorantiā
in futurum pretendere poſſit: utq; ſtudeant omnes huius noſtre ſanctionis editio
ne premoniti rectam uiuendi normam imitari: & uirtutis zelo uel formidine pe/
narum ſolitos uitiorum abuſus deſerere: Quoniam ſic omnino fieri: & has noſtre
ſanctionis litteras in uolumine ſtatutorum noſtrorum inſeri uolumus. Quibuſ/
cunq; oppoſitionibus excuſationibus exceptionibus litteris ipſarum gratiarum: &
aliis in contrarium allegandis & facientibus non obſtātibus: Quibus quo ad hec

ex dicta nostra certa scientia derogamus: & derogatum esse uolumus per presentes: Quas in testimonium concedimus. Datas Thaurini die Decimaquarta Iullii Millesimo quingentesimo Decimoseptimo.

VVLLIET

PEr Dn̄m presentibus. D.
Bernardino Parpalia
cismontano preside
R. Iohāne de gromis
Vicario archiepiscopali
Francisco prouana
Iohanne de Lucerna
Iheronimo de agatiis
Camilii de Sancto Georgio
Iaffredo passerii
Aduocato fiscali
Aluysio Gallerato
Thesaurario generali

COnsilium Ducale Thaurini ordinarie residēs uniuersis sit manifestum Quod hodie corā nobis iudicialiter cōparuit Egregius Gaspar licia uiceprocurator fiscalis Sabaudie generalis pro iuribus: & interesse fiscalibus exhibens: ac presentans Dominicales litteras supra descriptas quas debita cum instantia publicari p nos: & obseruari requisiuit Quo audito Nos memoratū consiliū ipsis siquidem litteris uisis & reuerenter ut conuenit receptis: Nos (ut par est) paratos obtulimus obedire: & eas possethen' obseruare ac obseruari facere. In quarum obseruanti āpn̄tibus: & assistētib' plurib' Ducalibus secretariis pcuratoribusq;: & aliis quāplurib' dignis psonis in generali causarum auditorio: ut moris est: publice legi: & publicari fecim': has in testimonio concedentes. Datas Thaurini Die uigesimasexta Mensis Augusti Millesimo quingentesimo decimoseptimo.

GOTARDVS